



Barnimus filius fuit Bugislai ducis Pomera-
niæ. Is à teneris annis honestis studijs operam
dedit, & in egregium principem evasit. Itaq; patre
defuncto in Pomeraniæ ducatu successit, & Annā
ducissam Luneburgensem uxorem duxit, ex qua
Bugislaum, Mariam, Annam, Sybillam, & Doro-
theam liberos procreauit. Ex his Bugislaus imma-
tura morte obiit, Maria autem Ottoni comiti in
Schauenburg & Holstein nupsit, eiq; Hermann-
um & Ottонem filios peperit. Cum autē & Phi-
lippus patruelis rebus in Pomerania iure præcesset,
principes inter se regionis limes diuiserunt, atq;
cuiq; certam ditionem assignarūt, anno 1540. In ea

diuisione Barnimo inferior Pomerania cum Stetinensi regione, Philippo ue-
rò superior Pomerania, Vuolgastum, atq; Rugen cesserunt. Erat Barnimus er-
ga literas optimè affectus: itaq; Stetinensem scholam restituit, & ut optimi au-
thores iuuentuti prælegerentur, curauit, doctissimis uiris undiq; liberalibus
stipendijs eò uocatis, anno 1544. Pari ratione quoq; politicam disciplinam re-
staurauit, atq; ut omnia ordine fierent, constituit. Itaq; is ob uirtutes meritò in-
ter illustres Germaniæ Heroas connumerari debet. Monst. lib. 3. Cosmog.